



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 127. Principum atque Illustium obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. in quibus S. Communio ministratur  
A. C. 1706. vel confessiones excipiuntur, pro  
 locutoriis abutantur, nec etiam Sacer-  
 dotes & Clerici in quibuscunque  
 mediis interlocutorum partes agant.

## §. CXXVII.

*Principum atque Illustrum obitu*

*Kettl. Dec. 5.* Inter Principes hoc anno defunctus  
*pag. 344.* præcipuus est Petrus Lusitanie Rex  
 qui morum suavitate, beneficentia  
 aliisque tanto Principe dignis dotibus  
 exornatus, die nona Decembris  
 pone anno ætatis suæ quinquagesimo  
 octavo, Regni autem trigésimo octavo  
 decessit. Successorem habuit Jo-  
 nem V. Filium suum septendecim  
 annos natum, cujus coronam Gallicis  
 factio secundo genito Petri  
 asserere incassum tentabat. Ibi  
 quoque die trigésima prima Januarii  
 obiit Catharina Joannis Lusitani  
 Filia & Caroli II. Regis Angliæ  
 die autem vigésima septima Aprilis  
 dem anno, quo Josephus Bernardus  
 vigésima septima Maij ex  
 Ludovico ejus Filio natus erat,  
 nardus Mainungensis Dux annos  
 quinquaginta septem, vivis ereptus  
 est. Pariter die quinta Maij de  
 mundo, renatus cælo est Fridericus

Christianus de Plettenberg Monaste-  
riensis Episcopus pietate clarus, confi-  
lio providus, labore indefessus, animo  
in prosperis & adversis immoto. Hic  
quoque Dei cultum, virtutis studium,  
Cleri integritatem, populique salutem  
feliciter promovit, suamque Diæcesin  
fœderatis junctus a belli flammis in-  
tactam servavit. Idem fatum subiere  
Mauritia Febronia Maximiliani Phi-  
lippi Baviaræ Ducis conjux, quæ die  
vigesima Junii Tirckheimii mortua Mo-  
nachii sepulta est. Obiere demum Hie-  
ronymus Princeps Lubomirskius Regni  
Poloniæ Polemarchus, die vigesima  
quarta Januarii Ludovicus Fridericus  
Haffo - Darmstadianus Dux Wratista-  
viensis & Coloniensis Canonicus. die  
vigesima quarta Februarii Guilielmus  
Daniæ Princeps, & die vigesima se-  
cunda Aprilis Guilielmina Ernestina  
Caroli Palatini Electoris Vidua Fride-  
rici III. Daniæ Regis Filia annos nata  
quinquaginta sex.

Sæc. XVII.  
A. C. 1706.

§. CXXVIII.

*Decessus Scriptorum Catholicorum,  
eorum opera.*

Hic annus plurimis Scriptoribus Ec-  
clesiasticis omnino exitialis exsti-  
tit, hos inter primus est Joannes Adria-  
nus

*Graveson  
Hist. Eccl.  
t. 8. p. 119.*